

88

# PRIVILEGIUM

Cesaree Maiestatis: Serenissimi  
Domini Caroli Quinti/ Ro-

manorum Imperatoris semper Augusti, &c.

Pro Defensione totius Ordinis fratrum

Predicatorum: Contra quoslibet,

(vbiq; terrarum) impugnantes, eo-

rundem Loca, res & personas, &c.

Datum sub Anno Gratiae.

M. D. XXX.

Augustae.



29.  
42. m.

RII V

Eschire ...  
im ...



L 39



2

**G** EORGIVS. Dei & Apostolicæ sedis gra-  
tia Lubuceñ, ac Ratzeburgeñ. ecclesiarum  
Episcopus, Vniuersis publice recognosce-  
mus per presentes: venerabilē ac religiosum, nobis in  
CHRISTO deuotum, ac sincere dilectum, Dominū  
Ioannē Mensing, ordinis Prædicatorū, ac sacrae The-  
ologiae doctorem, coram nobis, in aula nostra Episco-  
pali Lubuceñ, comparuisse: ac nobis literas quasdam  
Gloriosissimi ac Inuictissimi, Principis ac Dñi Domi-  
ni C A R O L I Quinti, Romanorū Imperatoris  
semper Augusti, Germaniæ, Hispaniarū, vtriusq; Si-  
ciliæ ac Hierusalem &c. Regis: Archiducis Austriae,  
Ducis Burgundiae &c, Comitis Habsburgij, Flan-  
driæ ac Tyrolis &c. Domini nostri gratiosissimi: cō-  
firmatiuas priuilegiorū, Immunitatū, ac Iurium, dicto  
ordini suo, quondam per diuę memorię C A R O  
L V M Quartum Romanorū Imperatorē, ac Bo-  
hemie Regem gloriosissimū, pie ac gratiose concessio-  
rum, exhibuisse, supplicasseq; vti eas ( cum satis com-  
mode ac tute, quoquo versum, vt id sibi ac ordini suo  
prædicto quādoq; & sepius expediat, peregre perferri  
non possint ) exscribi. & in formā publici Transsump-  
ti, auctoritate nostra ordinaria redigi dignaremur.  
**T**enor autē huiusmodi literarū sequitur, & est talis.

**C A R O L V S** Quintus Diuina  
fauente Clemētia  
Romanorū Imperator, Augustus, ac Rex Germaniæ,  
Hispaniarū, vtriusq; Sicilię, Hierusalem, Insularū Balc-

A ij

*H) Georg v. Brumenthal, Brief v. Ratzeburg, 1524-1550*



arium, Sardinia, Insularum fortunatarum & Indiarum,  
ac terre firmæ, Maris Oceani. &c. Archidux Au-  
stria, Dux Burgundia, Lotharingia, Brabantia,  
Lymburgia, Geldria. &c. Comes Habsburgi, Flan-  
dria, Tyrolis, Arthesij, & Burgundia, Palatinus Hæ-  
nonia, Holandia, Selandia, Ferrati, Namurci & Zut-  
phania. &c. Lantgravius Alsatia, Marchio Burgouie  
& sacri Romani Imperij princeps Sueviae Cathalonie  
&c. Dñs Frisia, Molina, Salinarum, Tripolis &  
Mechlinia. &c. **Recognoscimus** tenore pre-  
sentium, vniuersis: quod cum nobis, pro parte ac nomi-  
ne Religiosorum ac deuotorum, nobis dilectorum, Fra-  
tris Pauli de Butigellis, totius ordinis Prædicatorum,  
generalis magistri: necnon eiusdem fratrum ac profes-  
sorum vtriusque sexus, humiliter supplicatum fuerit: vt  
quoddam Priuilegium, siue literas protectionis, Saluiguar-  
dia, confirmationis & concessionis: predecessores  
suis, per diu memorie Romanorum Imperatorem, ante-  
cessorem nostrum **Carolus** quartum, concessum  
& concessas: gratiose confirmare & approbare dig-  
naremur. Cuius quidem Priuilegij tenor, in hæc ver-  
ba sequitur .

**In nomine** Sanctæ & indiuidue Trinitatis fœ-  
liciter, Amen. **Carolus** Quartus, Diuina fauente  
clemētia, Romanorum Imperator semper Augustus &  
Bohemiae Rex: ad perpetuam rei memoriā.

**Inter alias** gloriosas Reipublicæ curas, quibus  
Imperiale fastigium ( cui licet insufficiētibus meritis, au-



3

ctore dño presidemus) assidue meditari nos admonet, feruēter in votis gerim⁹: q̄liter Regulares p̄sonas, coelesti Dño, in hūilitate spiritus, sp̄reta s̄culi blanditia militantēs: ab iniurijs & molestiarū impetu protegamus. In quorū quiete, mens nostra quiescit & gaudet in pace: Præsertim, quia pacis auctore, non nisi pacis in tempore colere bene possunt: & suas pro salute nostra & sacri Imperij augmento foelici, præces ei fundere: quibus nos speramus, iugiter apud Altissimū adiuuari.

Sane Prædicatorū ordinē quem pater coelestis plantauit mirifice in ecclesiae Paradyso: sp̄tiali & syncera semper diligentes in Dño, charitate: & quietem ac foelicitatem ipsius, pleno zelantes affectu, ipsum vbilibet dirigi & gubernari salubriter, eiusq; terminos dilatari: & professores suos, merito augeri & numero desyderantius affectantes: Religiosum Simonē sacrae Theologiae & ordinis Prædicatorū predicti magistrum, Cōsiliariū familiarē nostrū & deuotum dilectū, dictūq; totum ordinē, & vniuersos eius professores atq; personas vtriusq; sexus & familiares, singula quoq; loca vbi cunq; terrarū consistentia, De Imperiali benignitate, in nostrā & sacri Romani Imperij Saluiguardiam & protectionē recipimus, ex certa scientia specialē: Volentes & p̄nti Imperiali edicto (perpetuis valituro temporibus) firmiter sancientes: Ne quis Princeps ecclesiasticus, aut s̄cularis, Dux, Comes, Baro, Nobilis seu Ciuis, aut quicumq; hominū: in quacūq; potestate, dignitate vel officio constitutus: nobis, & sacro Imperio Romano subiectus, cuiuscūq; etiam status aut conditionis existat: præfatum Magistrū & eius perpetuo in


A iij

dicto ordine successores, necnon, ordinē ipsum, & vni-  
uersos & singulos ipsius professores & personas vtri-  
usq; sexus & familiares, & loca ipsorū p̄fata: in liberta-  
tibus, emunitatibus, & gratijs, sibi a quibuscūq; Princi-  
pibus gratiose concessis ( quas ex certa scientia ratifica-  
mus: & auctoritate Imperatoria, p̄ntibus cōfirmamus  
concedimusq; de nouo, de Imperialis plenitudine po-  
testatis ) ipsos impedire seu grauare, aut quomodolibet  
perturbare p̄sumat: sed potius, ad honorē sacri Impe-  
rij, ab impedire, grauare vel perturbare volētibus, tue-  
atur: sicut nostrā & sacri Imperij grauē indignationē  
& bannum Imperiale voluerit euitare: Quod, contra-  
facientes ( nisi de illata iniuria cōpetenter satisfecerint,  
infra mensem ) coipso se nouerit incurfurū **Verum**  
quia parū prodest libertates cōcedere, nisi sit, qui tue-  
atur easdē: Statuimus, ut quoscūq; Principes sacri Im-  
perij: fratres vel sorores, memorati ordinis, requirēdos  
dixerint: Hi ad eorū instantiam, hac nostra iussione  
& auctoritate freti, molestatores eorū ad suam vocare  
presentiā, & cognitione causarū ac ratione preuia: ad cō-  
dignam super illatis, satisfactionē, valeant compellere,  
& etiam teneantur.

Nulli ergo omnino hominū, liceat hanc paginam  
nostræ Maiestatis infringere, aut ei quouis ausu teme-  
rario contraire. Si quis autem contrarium attentare  
p̄sumpserit: indignationem nostrā, & p̄ter poenam  
predictam, poenam Centum Marcharū auri puri ( cuius  
medietas, Erarij seu fisci Imperialis, reliqua vero legi-  
siorū vsibus applicetur ) se nouerit, toties quoties con-  
trafecerit irremissibiliter incurrisse.

4

**Signum.** Serenissimi Principis & Dñi, dñi Ca-  
 roli Quarti: Romanorum Imperatoris inuictis: &  
 gloriosissimi: Bohemiae Regis. *Regis*



Huius rei testes sunt: venerabilis Arnestus, Pragen-  
 Archiep̄s: Ioannes Olmuceñ: & Theodericus Myn-  
 deñ. ecclesiar̄ Episcopi: Illustres, Bolko Suidniceñ: Io-  
 annes Opcane, Bolko Falkenbergeñ: Bolko Opulieñ:  
 & Ptzimislaus Teschineñ. Duces: ac Spectabiles  
 Burghardus, Magister curiæ nostræ: Ioannes & Bur-  
 chardus de Retz Comites. Et alij q̄plures nostri &  
 Imperij sacri Principes, Nobiles & fideles, presentiũ  
 (sub Imperialis Maiestatis nostræ Sigillo) testimonio  
 literar̄. Dat̄ Pragæ. Anno Dñi Millesimo Trece-  
 tesimo Quinquagesimo Nono: Indiction̄. Duodeci-  
 ma: Quarto Idus Iunij: Regnor̄ nostrorũ, anno Ter-

A iij

tiodecimo : Imperij vero Quinto . Per Dñm Imperatorē, Cancellarius Re<sup>t</sup>. Hertuicus .

**Nos igitur**, moti præfatorū Magistri & totius ordinis præcibus, eorundēq; votis, velut rationi consonis, satisfacere volentes: animo deliberato, & ex certa scientia, præfatū Priuilegiū siue literas, pñtibus insertum, siue insertas: nec non omnia & singula in eis contenta, approbauimus, ratificauimus, & confirmauimus: p vt tenore pñtiū, approbamus, ratificamus, & cōfirmamus. Plenū perpetuę Impatorię firmitatis robur adiucientes, ita q; pñominati Generalis Mg̃r & totus ordo, tam cōmuniter q; diuisim: eorundēq; successores, vtriusq; sexus, ex nūc in antea futuris perpetuis tēporibus, huiusmodi Priuilegio, eiusq; gratijs, & immunitatib; omnibusq; alijs & singulis articulis, punctis & clausulis in eo expressis: vti, frui, & gaudere possint, & valcant atq; debeant: impedimento & contradictione cessante quorumcūq;. **Nulli ergo** omnino hominum liceat hanc nostrę approbationis, ratificationis, confirmationis, voluntatis ac gratię paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire: Si quis autē hoc attentare presumpserit: nostram indignationē grauissimā & pœnam viginti Marcharū auri puri, toties quoties contra factum fuerit, sciat se ipso facto irremissibiliter incursum. Quarū medietatem, fisco nostro Imperiali, reliquam vero partē, iniuriam passorū vsibus, decernimus applicandā: harū testimonio literarū, manu nostra subscriptarū: & Sigilli nostri appēsiōe munitarū. **Datū** in Ciuitate nostra Imperiali Augusta, die prima, men-



5  
sis Septembris. Anno domini Millesimo Quingentesimo Trigesimo. Imperij nostri Decimo, & Regnorū nostrorū Quintodecimo. **Post hec**, in medio, fere extreme vel inferioris literarū seu paginae partis: manu ipsius Imperatoris. **CAROLVS**. Ad dextrū vero latus, paulo inferius. **Albert: Cardi: Maguntineñ. &c.** Archicancellarius *ssst* Et iterum paulo inferius eodem dextro latere. **V. V Valtkirch.** Ad latus vero sinistrum. Ad mandatum Cæsareæ ac Catholicæ Maiestatis proprium.

Præterea infima literarum parte ex imo inuersa, in circūflexo, aduersam nihilominus ac legittimam partē intuentibus reddente. **Alexander Schweys** *ssst* A tergo vero literarū, idq; in medio. **R. Oberburger:** scriptum ac signatū existit. **Quas** quidem literas, vt vidimus ac perlegimus, eas non commenticias aut subrepticias: sed veras, iustas, ac omni sinistra suspitiōe carentes, vna cū Sigilli, dicti Gloriosiss: ac Inuictissimi Principis, ac Dñi Dñi Caroli Quinti Romanorū Imperatoris &c. (Arma Imperij ac Regnorū, Ducatum, Principatū, ac Comitatum, Terrarumq; eius (quæ singula, suis explicare nominibus perlongum foret) continentis vna cum circumferentia literarum, in hæc verba. **Carolus Imperator semper Aug: Hispaniarum, vtri: Siciliae, Hier. &c.** Rex, Archidux Aust:) Cordula sericea flauī ac nigri coloris, appensi munimine roboratas, integras ac illenas comperimus. Ac præterea iuxta quod nobis per suppradictum Dñm Ioannem Mensing Doctorem

supplicatum extiterat: in hanc publicā formam trans-  
sumi ac redigi mandauimus: Auctoritate nostra or-  
dinaria decernentes: eiusmodi Transumpto, perinde,  
vt ipsis Originalibus literis certā ac indubitātā fidem  
adhibendam. Inq; eius rei euidentius testimonium: Si-  
gillum nostrum, pntibus est appensum. Datē in ar-  
ce nostra Lubuceñ. Septima die mensis Septembris.  
Anno post Christum natum, Millesimo Quingente-  
simo Tricesimo Primo.

Et ego frat̄ Hermannus vob̄ sacre theologie &  
predicatorij or̄is hinc professor hinc p̄nitentij  
inquisitor & promouia saxo<sup>e</sup> m̄meritis pro-  
vocat̄ p̄uoc̄ qui p̄ supradictū R. & maḡm  
Johannem mensingum ipsam originalem  
Sullam ab imperali maiestate expressit &  
de nouo gredi atq; possor in inscriptum  
autentum exemplū fieri promouit Et  
tandem ad ḡm̄m̄s ḡm̄m̄s imperium  
fieri hanc copiam Cum vñ & honesto  
viro dno Joasphino m̄m̄m̄o or̄m̄ lib̄ratū  
maḡo collegij maioris alme vniuersitatis  
lyppsen collegiato Aucto<sup>r</sup> papali & d̄te vni-  
uersitatis notario publico & suba ordinario  
diligenter legi & verūdi que ḡvidat in suo  
inscripto principali d̄ vñ ad vñ In q̄ rei  
fidem off̄ij meū promouialatū sigillum

6  
presente submissi. Et manu mea p[ro]  
bet scripti ante me submissi Actum anno  
1532 die 24 marcij

Ita est fecit Hermannus Zab zu q. sup. MB

**E**t ego Magister Ioachimus Myricianus  
Collegij Maioris In Incluta Academia  
Lyplicensi Collegiatus, Autoritate Pont:  
Max: ac dictae Academiae Notarius Publ:  
& Scriba Ordinarius, hac mea manu  
testor, ad uerbum omnia se sic habere  
ut praescriptum est. Excl. v[er]s.




25 B 15

Fg 42 m

111/60





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

# VILEGIVM

Majestatis: Serenissimi  
Caroli Quinti/ Ro-  
Imperatoris semper Augusti, &c.  
defensione totius Ordinis fratrum  
atorum: Contra quoslibet,  
(per terrarum) impugnantes, eos  
de Loca, res & personas, &c.  
atum sub Anno Gratiae.  
M. D. XXX.  
Augustae.

